

Thuc. 7, 28, 2 iterum

Nuper in *Rheinisches Museum* (vol. 106, 1963, p. 288) Robert Renehan coniecturam <ὕπνους> ποιούμενοι apud Thuc. 7, 28, 2 proposuit. Qua in coniectura assentior quidem ei existimoque sensum, quem poscas, restitui. Mihi tamen videtur numerus singularis <ὕπνον> minus abhorrere cum ab usu Thucydidio tum a communi consuetudine Graecae linguae. Nam invenies alterum locum (quem adfert Renehan), ubi ὕπνος cum ποιῆσθαι adhibetur, apud Pollucem 5, 72 dico, quo loco τὸν δὲ ὕπνον ποιῆται legitimus. Cuius sane vocabuli pluralis numerus plerumque cum praepositione (ex. gr. καθ' ὕπνους, ἐν ὕπνοις) usurpatur, duoque tantum loci, quod sciam, sunt ubi numerus pluralis vocis sine praepositione invenitur: alter apud Philodemum, περὶ θεῶν, α, 22 (hic tamen significatio non est 'somni' sed 'somnia'), alter apud Athenaeum 12, 518 d (ubi tamen ὕπνοι non e verbo pendet): ὅπως αὐτοῖς πανταχόθεν ἀθόρυβοι ὄσιν οἱ ὕπνοι. Animadvertent-

5) Cfr. Hesych. ἀφ' Ἑστίας ἀρχόμενος· παροιμία. μετενήηκεται δὲ ἀπὸ τῶν περὶ τὰ ἱερὰ δρωμένων. ἔθος γὰρ ἦν τῇ Ἑστίᾳ τὰς ἀπαρχὰς ποιῆσθαι.

Un'esauriente trattazione del proverbio, largamente attestato, si deve ad A. Preuner, ap. Roscher, *Mythol. Lexikon*, I, cc. 2618 ss.; cfr. Pape-Benseler, I, p. 395; W. Süss, *RE VIII*, cc. 1271 ss.; F. Schwenn, *Gebet und Opfer*, Heidelberg 1927, pp. 120 s.

6) Si noti che, mentre ἔκ τινος ἀρχ. è tipico del linguaggio poetico, ἀπὸ τινος ἀρχ. lo è di quello prosastico (cfr. LSJ⁹, p. 254). Lo scoliasta di Arato già notava: τὸ δὲ ἐκ Διὸς ἀντὶ τοῦ ἀπὸ Διὸς (Maass, *Comment.* p. 334). In realtà ἐξάρχειν è termine tecnico per l'attacco innodico già in Omero, cfr. Ω 421 ἐξάρχουσι(ι) (tramandato era un impossibile ἐξάρχουσι, per cui cfr. B. Marzullo, *Atti lince XVI* (1961), p. 3, 7). Il valore ironico di ἐξ Ἑστίας ἀρχ. è sfuggito completamente pure all'Olivieri, *Frammenti della Commedia greca e del mimo nella Sicilia e nella Magna Grecia*, II², Napoli 1947, p. 99.

dum quoque Thucydidem in quattuor locis quibus hoc vocabulum invenitur (2, 2, 1; 2, 75, 3; 3, 49, 3; 7, 43, 2) numquam pluralem numerum adhibuisse, ne cum praepositione quidem. 2, 2, 1 igitur περι πρῶτον ὕπνον scripsit, cum profecto potuisset περι πρώτους ὕπνους, ut apud Eubulum 13 scriptum invenies.

Oportet etiam animadvertas apud Thuc. 2, 75, 3 et 3, 49, 3 de sub-similibus rebus agi atque apud 7, 28, 2:

- a) 2, 75, 3: ἡμέρας ... ἔχουν ... καὶ νύκτας ξυνεχῶς, διηρημένοι κατ' ἀναπαύλας, ὥστε τοὺς μὲν φέρειν, τοὺς δὲ ὕπνον ... αἰρεῖσθαι.
- b) 3, 49, 3: ἐγένετο σπουδῆ ... τοιαύτη ὥστε ἦσθιον ... ἄμα ἐλαύνοντες ... καὶ οἱ μὲν ὕπνον ἠροῦντο κατὰ μέρος, οἱ δὲ ἤλαυνον.
- c) 7, 28, 2: τὴν μὲν ἡμέραν κατὰ διαδοχὴν ... φυλάσσοντες, τὴν δὲ νύκτα ... οἱ μὲν ἐφ' ὀπλοῖς <ὕπνον> ποιούμενοι, οἱ δ' ἐπὶ τοῦ τείχους ... ἐταλαιπωροῦντο ¹⁾.